

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor aeternae, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

Matthew 16: 18

TU es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (I.P. Alleluia.)

REFECTIÓNE sancta enutritam gubernæ, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclesiam: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertatis accípiat et in religiõnis integritate persistat. Per Dominum.

If the feast of more than one holy Pope is being celebrated this day, the Postcommunion is said as follows:

MULTIPLICA, quaesumus Domine, in Ecclesia tua spiritum gratiæ, quem dedisti: ut beati N., (Martyris tui atque) Summi Pontificis deprecatione nec pastori obedientia gregis nec gregi desit cura pastoris. Per Dominum.

PREFACE OF THE APOSTLES

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd; but through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

COMMUNION

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church (P.T. Alleluia.)

POSTCOMMUNION

Since Thy Church has been nourished by the sacred repast, govern her in Thy clemency, we beseech Thee, O Lord, so that under the guidance of Thy mighty rule she may enjoy greater freedom and abiding integrity of religion. Through our Lord.

Multiply in Thy Church, we beseech Thee, O Lord, the spirit of grace which Thou hast given it, so that, by the prayer of blessed N., Thy (Martyr and) Sovereign Pontiff, neither the obedience of the flock to the Shepherd should fail nor the watchfulness of the Shepherd over the flock. Through our Lord.

PROPER of the MASS

COMMON OF ONE OR SEVERAL HOLY POPES

“SI DILIGIS ME”

John 21: 15-17 INTROIT

SI DÍLIGIS me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. (I.P. Alleluia, alleluia.) *Ps.* Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimicos meos super me. Gloria Patri.

If thou lovest Me, Simon Peter, feed My lambs; feed My sheep. (P.T. Alleluia, alleluia.) *Ps.* I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory be to the Father.

COLLECT

GREGEM tuum, Pastor aeternæ, placatus intende: et per beatum N., (Martyrum tuum atque) Summum Pontificem, perpetua protectione custodi; quem totius Ecclesiæ præstitisti esse pastorem. Per Do-

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of N., thy (Martyr and) Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted Shepherd of the whole Church. Through our Lord.

If the feast of more than one holy Pope is being celebrated this day, the Collect is said as follows:

DEUS, qui Ecclesiam tuam in apostolicæ petrae soliditate fundatam, ab infernarum eruis terrore portarum: præsta, quaesumus, ut intercedente beato N., (Martyre tuo atque) Summo Pontifice, in tua veritate persistens; continua securitate maneat. Per Dominum.

O God, who didst found Thy Church upon the most firm foundation of an apostolic rock in order to deliver her from the dreadful powers of hell: give her, we beseech Thee, that through the intercession of the blessed N., Thy (Martyr and) Sovereign Pontiff, she may produce at all times in Thy truth so as to enjoy always a secure defense. Through our Lord.

I Peter 5: 1-4, 10-11 EPISTILE

CARISSIMI: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis Christi passionum, qui et ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontaneæ secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex an-

Dearly beloved: the ancients therefore that are among you, I beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: nei-

imo. Et, cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Psalm 106: 30-31

EXALTENT eum in Ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Confiteantur Domino misericordiæ ejus: et mirabilia ejus filiis hominum.

Matthew 16: 18

ALLELÚIA, alleluia. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Alleluia.

From Septuagesima the Alleluia and the Verse Tu es Petrus are omitted and the following is said:

Ps. 39. 10-11

ANNUNTIÁVI justitiam tuam in ecclesia magna; ecce labia mea non prohibebo: Domine, tu scisti. *V̇.* Justitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi. *V̇.* Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a concilio multo.

From Septuagesima the Alleluia and the Verse Tu es Petrus are omitted and the following is said:

Alleluia, alleluia. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclesiám meam. Alleluia. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine. Alleluia.

ther as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the prince of pastors shall appear, you shall receive a never-fading crown of glory. But the God of all grace, Who hath called us unto His eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will himself perfect you, and confirm you, and establish you. To Him be glory and empire for ever and ever. Amen.

GRADUAL

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to him: and his wonderful works to the children of men.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

TRACT

I have declared thy justice in a great church, lo, I will not restrain my lips: O Lord, thou knowest it. *V̇.* I have not hid thy justice within my heart: I have declared thy truth and thy salvation. *V̇.* I have not concealed thy mercy and thy truth from a great council.

PASCHAL ALLELUIA

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia. Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy Name, O Lord. Alleluia.

Matthew 16: 13-19

IN illo tẽpore: Venit Jesus in partes Cæsariæ Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómīnes esse Fílium hómīnis? At illi dixerunt: Alii Joān-nem Baptistam, alii autem Eliám, alii vero Jeremíam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cœlis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in Cœlis.

Jeremiah 1: 9-10

ECCE dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et super regna, ut evéllas et déstruas, et ædífices et plantes (T.P. Alleluia.)

OBLÁTIS munéribus, quæsumus Dómine, Ecclésiám tuam benignus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dominum.

If the feast of more than one holy Pope is being celebrated this day, the Secret is said as follows:

MUNERA, quæ tibi Domine lætantes offerimus, suscipe benignus, et præsta: ut intercedente beato N., Ecclesia tua et fidei integritate lætetur, et temporum tranquillitate semper exultet. Per Dominum

GOSPEL

At that time, Jesus came into the quarters of Cæsarea Philippi, and He asked His disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some, John the Baptist, and other some, Elias, and others, Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but My Father Who is in Heaven: and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and to thee I will give the keys of the kingdom of Heaven; and whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in Heaven; and whatsoever thou shall loose on earth, it shall be loosed also in Heaven.

OFFERTORY

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee this day over the nations, and over the kingdoms, to waste and to destroy, and to build and to plant (P.T. Alleluia.)

SECRET

In Thy loving kindness, we beseech Thee, O Lord, be moved by the offering of our gifts and enlighten Thy Church: that Thy flock may prosper everywhere and the shepherds, under Thy guidance, may be rendered acceptable to Thee. Through our Lord.

Kindly receive, O Lord, the gifts which we offer Thee with joyfulness and give us, by the intercession of blessed N., that Thy Church may rejoice in the integrity of the faith and delight in quiet days. Through our Lord.